

DISPUTATIO FEUDALIS

De

INVESTITURA ET EIUS RENOVATIONE.

Quam

DEO TER OPT. MAX.

auxiliante

NOBILISSIMA ATQUE AMPLISSIMA

Facultate juridicâ, in illustri ad Albim.

Academiâ consentiente,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi atque Excellentissimi Viri,

Dn. GOTTFRIDI Reutter Bit-

terf. Sax. U. J. D. Facultatis Juridicæ ibidem

Assessoris, Affinis & Fautoris sui omni obser-
vantia honorandi.

Publici exercitij gratiâ discutiendam

proposit

GOTTFRIDUS ERHARDI

Cosvigâ-Anhaldinus.

Ad diem 18. Junij. hor. à 7. mat. 1619.

In Acroaterio Jctorum.

Justin. Imp. in pres. N. 22.

Non erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniam: ut
hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs
expectare corrigi legem.

WITTEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ Johann. Matthæi. Anno 1619.

INVESTITUR

RAE ET FIUS RENNO
VATIONE

DEO OPTIMO

ROBILISSIMO A. N. S. P. A. M. P. S. S. I. M. N.


DR. GOTTFRIED ERHARDI

Facultatis Juridicae

GOTTFRIED ERHARDI


Ex Officio





IN NOMINE DOMI-
NI NOSTRI JESU
CHRISTI.

THESIS I.



Investituram sive investitio-
ne *c.un. si d. inv. int. dom. & vas. lis. or. 26. F. 1. c. un.*
d. usu Mediol. 28. F. 1. à Germanico Vest / quod
firmum significat, denominari nonnulli
arbitrantur *Rittersb. lib. 1. part. feud. c. 8. q. 2.*
Hinc Chrenveste / quasi diceres, retinentes &
servantes honoris. Alij ab investiendo *Vult.*

lib. 1. feud. c. 7. n. 5. Schneid. p. 4. n. 2. quia investire propriè signifi-
cat possessionem alicui tradere *c.un. in princ. quid. sit inv. 2. F. 2. c.*
1. si d. feud. vas. ab al. interp. fa. 25. F. 2. D. ar. de feud. c. 7. n. 2. Ruding. lib.
1. meth. feud. c. 17. eamque certis signis confirmare, ut constare
possit, investitum novo honore ceu virum veste aliqua pre-
tiosa ornatum excellere: sicut vice versa, de sive disvestire est
possessionem & honorem alicui auferre *d. nat. feud. 7. F. 1.* Nos
derivationem sive allusionem cuique pro lubitu relinqui-
mus.

II.

Investitura non unius eiusdemq; est significationis; aliquan-
do enim scripturam illam, quæ ad memoriam feudi concessi,
confecta est, denotat. Germ: Ein Lehnbrieff (quod Brevete-
statum aliàs dicitur. *c. 1. d. inv. d. re al. fact. 8. F. 2. c. 1. d. not. feud. 58. F.*
2.) c. un. qui success. feud. dar. ten. 3. F. 1. c. un. vers. ad circo. d. not. feud. in-

A 2

terdum



Investitura
cerdum quoque possessionem significat *c. un. quid sit inv. 2. F. 2.*
frequentius verò pro ipso investiendi actu accipitur, *die Be-*
lehnung/oder Lehn empfengniß. c. un. in fin. d. nov. form. fidel. 2. F. 7.
Arum. disp. feud. 5. §. 4. Vult. Ruding. dd. loc.

III.

Investitura fit aut de veteri aut de novo beneficio. *c. 1. per*
qu. fiat inv. 2. F. 3. c. un. d. invest. vet. & nov. ben. 91. F. 2. Ruding. d. loc.

IV.

Quæ de novo fit, aut est propria, seu vera, aut impropria
sive abusiva *c. un. quid sit invest. 2. F. 2. ubi comm. FF. V. c. 8. d. feud.*
n. 11. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. q. 26. n. 1. Arum. d. disp. §. 6. c. un. in
princ. d. cons. rect. feud. 23. F. 2. Bocer. d. invest. c. 2. n. 70. & seqq.

V.

Propria nobis definitur, quod sit contractus nominatus,
juris civilis, bonæ fidei, quo solenni actu id agitur, ut feudum
fit: *c. un. si d. feud. defunct. cont. 26. F. 2. §. si facta. c. un. §. ult. quid sit in-*
vest. 2. F. 2. arg. l. 7. §. 1. d. pact. l. 1. cum seqq. d. præscr. verb. arg. l. 32. cum
seq. d. LL. arg. l. 2. 4. 6. C. d. evict. l. 9. in pr. d. V. O. junct. tit. 8. F. 2. & 25. c.
46. c. un. §. fin. d. nov. form. fidel. Vult. lib. 1. c. 7. n. 7. & 9. Bocer. d. invest. c.
2. n. 34.

VI.

In hac considerandæ veniunt cum personæ, quæ investi-
turam conferunt & accipiunt, tum solennitates, quæ in eâ-
dem interveniunt.

VII.

Investituram confert Dominus immediatè proximus. *c.*
in fin. pr. verb. à proprio domino. Menoch. cons. 66. n. 13. 19. non domi-
ni dominus d. c. 1. §. illud. d. prohib. feud. ab. per Frid. 55. F. 2. arg. l. consti-
lij. 47. in fin. ff. d. R. 7. non enim vasallus vasalli mei, vasallus me-
us ceteri vel dici potest. Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 134. & ibi Dd.
Et utraque investitura tam de veteri, quàm de novo, à domi-
no vel procuratore eius fieri potest. *tex. in c. 1. §. 1. vers. sed utrum*
per qu. si. inv. 3. F. 2. ibidem q. 3. FF. arg. c. qui facit per alium. d. R. 7. in 6.
Sonsbec. p. 4. n. 9. Borch. c. 7. n. 25. Rittersh. lib. 1. P. F. c. 9. n. 5. Cujac. c. un. d.
feud. fin. culp. non am. 21. F. 1. & idem c. un. quid preced. deb.

769

VIII.

Pari modo utramque investituram accipit vel vasallus ipse, vel eius nomine procurator. *d. c. 1. vers. sed utrum. Vves. & Borch. dd. loc. live de hoc à domino speciale habuerit mandatum, sive universonum bonorum liberam habeat administrationem. Sonsb. d. feud. p. 7. n. 24. in fin. Schneid. in epit. feud. p. 3. n. 107. Alvarott. ad tit. 3. vers. sed utrum. n. 2. lib. 2. F. Covarr. in c. quamvis. §. 5. p. 1. n. 7. vers. verum cum in iuramento. d. pact. in 6. nisi ex justâ & probabili causâ ipsius vasalli præsentiam Dominus requirat. d. §. sed utrum. Rosenth. in syn. feud. concl. 37. n. 5. lit. E. Gothofr. Ant. disp. 8. §. 7. lit. B. Vult. d. c. 7. n. 32.*

IX.

Breviter investituram dare omnes possunt, qui & feudum, ut & investituram accipere, qui & feudum; de quibus in specie antè actum.

X.

Sed & surdus, mutus, cæcus, aliæque imperfectæ, atque ad servitia feudalia inhabiles personæ novam investituram accipere possunt, dummodò tamen Dominus investiens sciens eas hoc vitio & defectu laborare, illis investituram fecerit. Hoc enim casu eis hanc gratiam fecisse præsumitur, ut per substitutum servitia præstare possint. *Schrad. p. 4. c. 3. n. 7. Vult. lib. 1. c. 4. n. 11. Rosenth. c. 3. concl. 8. & c. 7. concl. 27. Bocer. d. invest. c. 3. n. 134. Schneid. p. 3. n. 107. Sonsb. d. feud. p. 7. n. 16. Borch. d. feud. c. 5. n. 50. in fin.*

XI.

Quia & superior ab inferiore investituram accipere potest. *Vult. d. lib. 1. c. 4. n. 9. & 10. Schrad. d. p. 4. c. 3. n. 11. Rittersh. lib. 1. c. 6. q. fin. Absurdum enim non est, ut quis alio atque alio respectu sit inferior & superior. Et tum per substitutum fidelitatem jurat, feudoque deservit. Sonsb. p. 7. n. 1.*

XII.

In Hermaphrodito sive Androgyno hic non moramur, uter sexus præponderet, eam distinctionem saltem in successione feudi attendentes. *Borch. c. 5. n. 45. Gothofr. Ant. disp. feud. 2. §. 6. Schrad. p. 7. c. 5. n. 18. Rosenth. c. 1. concl. 15. n. 4.*

A 3

13. Verum

XIII.

Verum investituram accipere non possunt Hæretici. l. 4. l. 10. l. 18. C. d. heret. & Man. Apostata l. 4. C. d. apostat. Excommunicati excommunicatione majore, læsæ majestatis, aliusve capitalis criminis rei, proscripti & banno imperij percussi. Vult. lib. 1. c. 4. n. 12. Rosenth. c. 3. concl. 23. Geil. lib. 2. d. pac. publ. c. 12. Item infames, l. 2. C. d. dignit.

XIV.

Solennitates quod attinet, illæ consistunt in consuetudine vel speciali, illius scilicet curiæ sive loci, ubi feudum accipitur, quæ omnino & cum primis attendi debet. per l. semper. 34. ff. d. R. f. l. si de interpretatione. 37. ff. d. LL. l. de quibus. 32. ubi Dd. cum LL. seqq. ff. eod. vel generali, illa nimirum, quæ in jure feudali extat. Vult. de lib. 1. c. 7. n. 20.

XV.

Illæ in facto & pro locorum varietate variatur ipsamet; Hæc consuetudinibus feudalibus descripta est, & tradit. Vult. d. loc.

XVI.

Requiritur autem verbalis feudi cessio & collatio, quæ & ipsa investitura dicitur. c. 1. in pr. si d. invest. feud. contr. fuer. 4. F. 1. c. un. quid. preced. deb. 4. F. 2. c. 1. in fin. d. nov. form. fid. 7. F. 2. VVes. de feud. c. 8. n. 10. Moz. tr. d. feud. c. de subst. feud. n. 36. Bocer. d. inv. c. 4. n. 3. Itemque ipsa fidelitatis promissio Die Lehenssicht. Vult. d. c. 7. n. 30. & parium adhibitio. c. 1. in pr. quid sit inv. 2. F. 2. c. un. d. feud. Guar. 2. F. 1. c. un. qui success. feud. 3. F. 1. c. 1. §. quod autem d. not. feud. 58. F. 2. c. un. qui test. sunt necess. 32. F. 2.

XVII.

Quæ usque adeo necessaria est, ut nisi illi ipsi, ad minimum duo c. un. in pr. quid sit inv. 2. F. 2. c. 1. §. 1. si d. inv. int. dom. & vas. lis. & 26. F. 1. adhibeantur testes, investitura sit ipso iure nulla d. c. 1. in pr. 2. F. 2. c. 1. in pr. d. consuet. rect. feud. 33. F. 2. VVes. lib. 1. feud. c. 8. n. 13. Thoming. decis. 21. n. 1. Ruding. lib. 1. meth. feud. c. 11. n. 17. Rittersh. lib. 1. P. F. c. 9. q. 2. Vult. lib. 1. c. 7. n. 17.

XVIII.

In tantum, licet testes extranei investituræ adhibiti, communi hominum opinione pro paribus curtis habitis atq; judicati fuerint *per tex. in c. 1. §. personam. per qu. fiat. inv. 3. F. 2. & in c. un. qui test. sunt necess. 32. F. 2. l. si quis. 2. ff. d. testam. tus.*

XIX.

Quid verò, si pares curtis abfuerint? In hac quæstione feudistas apertissimè inter se pugnare *in tit. 26. F. 1. & 33. F. 2. scribit Hottom. in disp. feud. feud. c. 25. & ad tit. 26. F. 1. referente Vult. d. lib. 1. c. 7. n. 27. & Bocer. d. invest. c. 4. n. 56.* Nos à domino citandos, citatosque ad tempus, arbitrio judicis definiendum *Schrad. p. §. c. 2. n. 7. ubi plures. Sonsbec. p. 9. n. 17. Bocer. n. 57. & 58. per l. 3. ff. d. testib. l. quod. dicitur. 15. ff. d. impens. in res dot. fact. expectandos arbitramur. c. 1. in pr. vers. nec dicatur. d. cons. rect. feud. 33. F. 2.*

XX.

Illud non æquè planum est, Num feudi dominus vasallos vocatos tergiversantes ad comparendum indictâ multâ cogi possit? Quod cum *Bar. à Tautemb. lib. 2. feud. tit. 2. n. 2. Bocer. c. 59. affirmandum putamus per tex. in c. un. in princ. quid sit. inv. 2. F. 2. & c. un. qui test. sunt. nec. 32. F. 2.* & hanc sententiam in puncto juris veriorem existimat. *Vult. d. c. 7. n. 27.*

XXI.

Alia hîc pullulat controversia, Utrum in investitura, quæ fit à clerico, de feudo novo, necessariò adhibendi sint testes Pares? Distinctionis fœdere litem dirimimus. Aut enim clericus investituram facit de bonis Ecclesiæ, & tunc indistinctè, non attento scilicet eo, an Dominus vasallos habeat nec ne, vel coram paribus vel extraneis, idoneis tamen, conferri potest. *c. un. §. in clericorum. si d. inv. int. dom. & vas. lis or. 26. F. 1. Sonsbec. p. 9. n. 19. Vves. c. 8. n. 14. Borch. d. c. 7. n. 27. & 28. aut de bonis suis patrimonialibus; & tunc omninò pares curtis necessarij sunt, per tex. in tit. 32. F. 2. Bocer. d. c. 4. n. 64. Ruding. lib. 1. c. 11. n. 18. Vult. d. c. 7. n. 28. in pr. Arum. disp. feud. §. 4. 21.*

21. Atque



XXII.

Atque hæc omnia vera sunt de investitione novâ. Antiqui verò feudi investitura quibuscunque testibus, tam extraneis, quàm paribus curiæ, masculis tamen, probari potest, *c. un. vers. de veteri. qui test. sunt. necess. 2. F. 32. Geil. lib. 2. obs. 50. n. 5. Schrad. p. 6. c. 1. n. 24. Ruding. lib. 1. meth. feud. c. 11. n. 20. Sonsbec. p. 9. n. 27. Borch. c. 7. memb. 1. n. 27. Vult. n. 304. Arum. d. disp. 8. 22.*

XXIII.

Feminae autem & servi testes esse non possunt. De illis *tex. in d. c. un. qui test. sunt. necess. 2. F. 32. De his in c. un. §. 1. vers. alioqui, ibi, quos meliores, liberos tamen, d. not. feud. §. 8. F. 2. Rittersh. lib. 1. part. feud. c. 9. q. 2.*

XXIV.

Non temerè etiam quis dubitare potest, Num diploma investiturale sive scriptura *Der versaste Lehn Brieff* sit de investituræ substantia? Neg: regulariter *per tex. in tit. quid sit inv. 2. F. 2. vers. nam si instrumentum defecerit. Rosenth. c. 6. concl. 4. Schneid. p. 4. epit. feud. n. 20. Sonsb. p. 9. n. 23. Vult. d. c. 7. n. 42. Ruding. lib. 1. c. 11. n. 20. & lib. 1. var. lect. c. 48. Rittersh. lib. 1. c. 9. q. 1. Gothofr. Ant. disp. 8. 8. ult. lit. E. nisi fortè vigore specialis conventionis. arg. pr. Inst. d. emt. vend. l. contractus. 17. C. d. fid. instrum. l. contrahitur. 4. ff. d. pignor. l. pactum. 17. C. de pact.*

XXV.

Quid verò si plures de uno eodemque feudo adsunt investituræ, exque inter sese non concordent? Tum antiquior & prima, tanquam radix, basis atque fundamentum omnium subsequentiæ. *Sonsb. p. 9. n. 25. Schneid. p. 5. n. 34. Geil. lib. 2. obs. 49. n. 3. ad cuius tenorem, tanquam ad cynosuram recurritur. Gothofr. Ant. disp. 8. 8. 9. lit. C. est inspicienda. Schrad. p. 5. c. 2. n. 31. Rosenth. c. 6. concl. 69. n. 7. Arum. disp. feud. 1. 9. 11.*

XXVI.

Neque hoc in casu de consuetudine necesse est, scripturam illam à paribus curiæ subscribi aut confirmari, sed sufficit Domini subscriptio & sigillatio *Joan. Zabel. exerc. feud. 4. 8. 6. De jure verò feudali subscriptio testium, & quidem parium, necessariò requiritur, quando per literas investituræ conficiuntur.*

c. un.

c. un. qui test. sunt. necess. 32. F. 2. c. un. in princ. vers. si enim dominus. §. 3. vers. si autem. 2. F. 2. c. un. si d. feud. vas. ab al. interp. 25. F. 2. Bocer. d. c. 4. n. 73. Vult. d. c. 7. n. 42.

XXVII.

Ceterum investitura petitionem quod attinet, cum *Arum. disp. feud. §. 8. 24. Rittersh. lib. 1. c. 9. q. 9.* distinguimus inter novi & veteris feudi investituram.

XXVIII.

Priori casu jure communi nullum certum tempus est definitum, intra quod feudi investitura peti debeat, ideoque Vasallus eousque expectare poterit, donec à promittente ad investituram accipiendam ceterur. Tribus verò vicibus, convenienti tempore interposito, citatus, comparere debet *tex. in c. un. §. 1. que fuit prim. caus. benef. amitt. 24. F. 2.* quod nisi fecerit, feudum amittit. *c. un. d. mil. qui contum. est 22. F. 2. Bocer. d. invest. c. fin. n. 1. Vves. c. 8. n. 2.*

XXIX.

Posteriori verò casu Dd. vehementer animi pendent, ob textuum discrepantiam. Nos militi Vasallo annum & mensem definitum esse arbitramur *tex. in c. un. quo temp. mil. inv. pet. deb. 22. F. 1. Sylvan. d. feud. recogn. q. 8. Borch. c. 7. memb. 1. n. 32. Somsb. p. 11. n. 7. Schrad. p. 6. c. 2. n. 33. Vult. d. feud. lib. 1. c. 7. n. 61. Rosenth. c. 6. concl. 30. n. 7. Pagano verò annum & diem. c. 1. in pr. 24. F. 2. c. un. d. cap. Corr. 40. F. 2. c. 1. §. 3. in fin. d. prohib. feud. al. per Loth 52. F. 2. & c. un. in pr. vers. preterea. d. prob. feud. al. per Frid. 55. F. 2. Arum. d. loc. Bocer. c. fin. n. 6.*

XXX.

Nec potest Dominus invito Vasallo tempus illud, intra quod investitura petenda est, contrahere vel coarctare. *arg. l. non debet. 74. l. 75. l. 186. ff. d. R. 7. arg. §. 2. Inst. d. V. O. l. exm qui calendis. 41. §. 1. & l. 42. ff. d. V. O. l. si se non obtulit. 4. §. condemnatus. §. ff. de re jud. Sylvan. de feud. recogn. q. 15. Schrad. p. 6. c. 2. n. 2. Vult. d. c. 7. n. 62. Borch. c. 7. n. 36. And. d. Jfern. Alvar. Prepos. & alij in c. un. quo temp. mil. inv. peter. deb. 22. F. 1.*

B

31. Nisi



XXXI.

Nisi Vasallus tali abbreviationi nominatim consenserit, *Ubi quis in conscribendo. C. d. pact.* Secus de jure Saxonico *Lehen-Recht art. 22. Schneid. p. 5. n. 56.* ubi indistinctè Domino permittitur hoc tempus minuere. *Schrad. d. loc.*

XXXII.

Petitâ itaque investiturâ, non immeritò quæritur, utrum fidelitas vel investitura præcedere debeat? Posterius affirm. *per tex. in c. un. quid præced. deb. 4. F. 2.* Hæc autem de novi feudi investitura sunt exaudienda. *Arum. d. disp. feud. 5. §. 26. Schrad. p. 5. c. 3. n. 5.*

XXXIII.

Ulterius quæritur, An Vasallus pro investiturâ factâ, Domino suo Laudemium sive Relevium solvere teneatur? Quod ex feudi naturâ neg: putamus, nisi peculiari statuto vel consuetudine aut pacto contrarium fuerit introductum. *Schneid. p. 5. n. 60. Ruding. d. lib. 1. c. 11. n. 53. & lib. 1. var. lect. c. 73. n. 2. arg. c. un. d. frat. d. nov. benef. inv. 12. F. 2. Schrad. p. 6. c. 3. n. 24. Vult. d. c. 7. n. 60.*

XXXIV.

Et licet inter Dominum & Vasallum fides sit reciproca: *c. un. in fin. d. form. fidel. 6. F. 2. tit. 58. in fin. pr. d. not. feud. lib. 2. F.* Non tamen fideli suo fidelitatem jurare tenetur, quia hoc in placitis feudalibus nullibi cautum reperitur. *Bocer. d. invest. c. 4. n. 47. Rittersh. lib. 1. c. 10. n. 12.*

XXXV.

Porro investituram certis pactis, certâque conditione *Rittersh. lib. 1. P. F. c. 9. q. 6.* conferri posse, extra omnem dubitationis aleam positum arbitramur *Niel. disp. feud. 4. §. 4. Vult. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 44. & seq. Arum. d. disp. feud. 5. §. 15.*

XXXVI.

Pacta verò, quæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, contraque bonos mores fiunt, & alioquin vel naturâ vel jure impossibilia, etiam hîc nullius sunt momenti *l. 15. ff. d. condit. inst. S. si impossibilis. S. fin. Inst. d. inutil. disp. Vult. d. c. 7. n. 55. Rittersh. c. 11. q. 5.*

37. Quemad-

XXXVII.

Quemadmodum itaque quilibet contractus ex conventionem legem accipiunt, atque contrahentium pactis, etiam legum dispositionibus derogari potest. *l. pacisci. 31. & ibi Dd. ff. d. pact. l. 1. §. si conveniat. ff. de pos. l. contractus. 23. ff. d. R. 7.* Ita quoque pactis contrahentium, praesertim in investituris adjectis, etiam consuetudinibus feudorum & naturae derogatur. *Rosenth. c. 6. concl. 22. Schrad. p. 7. c. 4. n. 74. & p. 9. sect. 1. n. 1. & p. 10. sect. 6. n. 225. & sect. 8. n. 140.*

XXXVIII.

Atque sic omnes aliae pactiones, quibus à communi feudorum naturae receditur, modò tamen legibus non sunt prohibita, valent. *Niel. disp. feud. 4. §. 4.*

XXXIX.

Quale est pactum de servitijs, quibusdam insolitis praestandis, puta, ut Valallus festis diebus uxorem Domini ad eadem sacram euntem comitetur *c. 1. §. 3. quid sit invest. 2. F. 2. Bocer. c. 5. n. 38.* vel ut certis diebus coram Dominà cantilenam cantet, aut ramum viridem & florigerum portet. *Magn. & ceber. 7. Ctus Dn. D. And. Knich. 7. llust. princ. Anhalt. Cancellarius, patronus meus colendissimus d. invest. pact. c. 1. n. 13. & seqq.* Item de successio- nibus, alienatione, & amissione feudi. *Vult. d. lib. 1. c. 7. n. 55.*

XL.

Hic placet duas addere quaestiones. Num scilicet pacto effici possit, ut feudum novum concedatur jure feudi antiqui **Nach art vnnnd eigenschafft eines alten Stam Lehns?** Affirm: *Geil. lib. 2. obs. 50. Schrad. p. 2. c. 3. n. 64. & seqq. Schenck Bar. in virid. concl. 94. Schneid. p. 1. n. 68. Bocer. d. invest. c. 5. n. 40. Vult. d. lib. 1. c. 8. n. 8. Arum. disp. feud. 2. §. 43. Cram. discept. 9. woq. feud. 1. quibus & nostrum quoque calculum addere nihil dubitamus.*

XLI.

An verò feudum antiquum mutari possit in novum, Quæritur? Quod negam: *cum Geil. d. lib. 2. obs. 49. Vult. d. c. 8. n. 7. Arum. disp. feud. 2. §. 40. Bocer. d. c. 5. n. 41. Cram. d. loc. woq. feud. 2.* **Die alte Natur vnnnd Eigenschafft eines Stam- mes/**

mes / Nahnens oder Eines Lehn / mag nicht
dem dritten zu nachtheit verkehret werden /
nisi agnatis proximis consentientibus *Geil. d. obs. 49. n. 9. Vult. Bo-*
cer. Arum. Cram. dd. loc.

XLII.

Sequitur impropria sive abusiva investitura, *tex. in. c. 1. 2. F.*
2. quæ est imaginaria sive ficta rei feudalis traditio, quando
scilicet Dominus symbolum aliquod corporeum, verbi gratia,
gladium, hastam, vexillum, dat Vasallo. *c. un. in pr. quid sit inv.*
2. F. 2.

XLIII.

Hanc concedunt & accipiunt eadem personæ, quæ pro-
priam, ut & superius dictum.

XLIV.

Sicut & eadem solennitates adhibentur, quæ in pro-
pria: nisi quod in propria investiturâ res feudalis verè trada-
tur. In hac verò fictè, traditione scilicet sceptri, annuli, ut *Bo-*
40. dictum. Corporei enim traditionem necessariam esse ad-
hoc, ut dicatur abusiva investitura, statuit *Rosentb. in syn. feud. c.*
6. concl. 3. ibidem q. alleg. Dd.

XLV.

Confertur autem plerumque sub conditione, possibili
tamen, vel in diem. *c. un. qui success. feud. dar. ten. 3. F. 1. & c. un. qui*
success. ten. 9. F. 1. quo casu actus donec conditio existat, vel dies
veniat, suspenditur. *arg. S. ad certum tempus. 3. Inst. qui restit. dari*
pass. S. omnis. 2. & S. sub conditione. 4. Inst. d. V. O. Boer. d. c. 5. n. 11. Rit-
tersh. lib. 1. c. 9. q. 6. Vult. d. c. 7. n. 45.

XLVI.

Num verò Dominus alteri feudum concedere possit,
sub hac conditione; Si Vasallo defuncto feudum ad se re-
vertatur? Inter partes hæret dis. Nos affirm: castra seque-
mur, modò sub hac specie nullum detrimentum generetur
Vasallo. *tex. in c. un. vers. si quis investiverit. d. feud. dat. in vic. L. com.*
27. F. 1. & inc. 1. S. morib. 2. si d. feud. def. cont. sit. 26. F. 2. Vult. lib. 1. c. 7. n.
48. H. Pist. p. 2. q. 25. n. 1.

47. Quod

XLVII.

Quod ipsum & jure feudali Saxonico comprobatum legitur. c. 5. § c. 57. vocatur **Ein Gedinge** verba d. c. 5. hac sunt: **Zween Mannen mag der Herr ein Gutt leihen/ also das einer die Gewehr dran habe/ der ander das gedinge/ Also/ ob dieser/ so die Gewehr hette/ ohne Lehns Erben stirbe/ das der ander sein gedinge dran behielte. etc.** Vulgò nominatur **Ein gnaden Lehn/ Ein Expectantz oder anwartung vff eines andern Lehn.** Vid. Geil. lib. 2. obs. 55. n. 2.

XLVIII.

Præmissæ quæstioni haud inconcinne subjicitur & hæc satis elegans controversia. Si duo pluresve de uno eodemque feudo investiti, alter possessionem nactus, quis potior æstimari debeat? Is cui tradita possessio. Bocer d. invest. c. 2. n. 83. H. Pst. lib. 2. q. 29. Vves. c. 8. n. 16. Vult. lib. 1. d. feud. c. 10. n. 11. per l. quories. 15. C. d. R. Vl. 31. ff. d. act. emt. l. 6. in pr. ff. d. divers. & temp. præscr. l. 9. §. si duobus. ff. d. publ. in rem act. CL. 7. C. t. Dn. Præc. Forster. in prælect. publ. ad S. per traditionem. Inst. d. R. D. Arum. disp. feud. 5. §. 10. Rosenth. c. 6. concl. 9. ibidemque Dd. alleg. Cui etiam consentit Jus Saxonicum **LehnRecht** c. 37. Rittersh. lib. 1. c. 9. q. 14.

XLIX.

Atque hæc investiturâ tam propriâ quàm abusivâ, præratione instituti nostri brevibus dicta sunt. Restat ut paucissimis de eius renovatione videamus.

L.

Quæ nihil aliud est, quàm prioris & antiquæ redintegratio & confirmatio Vves. c. 8. n. 14. Ruding. lib. 1. c. 11. n. 19. Sylvan. d. feud. recogn. q. 34.

LI.

Atque hîc in considerationem veniunt Personæ, cum quæ investituram petunt, & à quibus petitur, tum modus, quo illa petitur & petita confertur.

B 3

LII. Per-

pt
n/
Bo-
2.F.
ndo
ia,
uv.
pro-
ada-
at
e ad
d. 6.
ibili
qui
dies
dari
Rit-
lit,
re-
que-
retur
com.
6.7.11.
Quod



LII.

Persona quæ renovationem petit, Vasallus est, ut & alius eius nomine, per allegatos *tex. & Dd supra. in §. 8.*

LIII.

Quid si plures sint Vasalli heredes, num omnes investituram petere teneantur? Nodosa & intricata quæstio est. Affirm: per *tex. in c. 1. §. 4. vers. omnes. si d. feud. defunct. cont. sit int. dom. 26. F. 1. c. 1. §. 1. vers. præterea. d. prob. feud. al. per Frid. 55. F. 2. qui tamen unum eligere possunt, qui instar procuratoris omnium nomine investituram petat, vulgo vocamus den Lehen träger. tex. in c. un. vers. personam. 3. F. 2. VVes. de feud. c. 8. n. 9. Vult. d. loc. Pistor. q. 47. n. 12. & 58. & seq. Rittersh. lib. 1. c. 9. q. 25.*

LIV.

Persona à quâ investituræ renovatio petitur, est feudi Dominus immediatus. fac. huc *tex. supr. §. 7.*

LV.

Neque hæc in utramq; partem vehementer agitata quæstio, usque quaque expedita est. Si Domino mortuo plures adsint heredes, feudum pro indiviso possidentes, Num Vasallus ab omnibus domini defuncti heredibus investituram petere, omnibusque jurare tenebitur? In hac difficultate media sententia existimantium unum hoc in casu esse eligendum, qui omnium nomine recipiat fidelitatem, magis arridet *l. cui fundus. §. 6. in fin. d. cond. & demonst. c. 1. §. præterea ducatus. d. prob. feud. al. per Frid. ubi Laudens. Zas. p. 7. n. 11. H. Pifst. lib. 2. q. 47. n. 25. Schrad. p. 6. c. 1. n. 4. Vult. c. 7. n. 94. LehenRecht. art. 29.*

LVI.

Modus seu forma investituram novam petendi, vel renovandi est, ut Vasallus intra annum & diem. *c. 1. in pr. que fuit prim. cau. benef. amit. 24. F. 2. & c. in fin. d. prohib. feud. al. per Loth. 52. F. 2. c. 1. §. præterea. de prob. feud. al. per Frid. 55. F. 2. Vult. d. c. 7. n. 61. De Jure Saxonico intra annum & sex septimanas LehnRecht. c. 26. Ultrò & sine admonitione Vult. d. lo. n. 99. Arum. disp. feud. §. 8. 25. congruo loco & tempore. Laud. in c. 1. n. 26. quo temp. mil. 22. F. 1. Sylvan. d. feud. recogn. q. 18. Vult. n. 100. & 101. Schrad. d. p. 6. c. 3. n. 10. coram Domino, aut si is absit, eius vicario, sive procuratore*

- compa-

compareat. Vult. d. c. 7. n. 74. Schrad. p. 6. c. 2. n. 40. & ab eo investi-
turam humiliter, obsequiosè, & reverenter, id est, cum hono-
ris præfatione. Schrad. d. p. 6. c. 1. n. 19. Schneid. p. 5. n. 57. & seq. Vult. n.
102. cum fidelitatis oblatione petat. FF. in c. 1. d. cap. Corr. 40. F. 2.
Schrad. p. 6. c. 3. n. 5.

LVII.

Modus investituram conferendi est, ut Dominus ita le-
gitimè à Vasallo requisitus loco tuto, & tempore certo atque
commodo assignato Zas. p. 7. n. 5. coram duobus testibus, sive illi
pares sint, sive extranei alij Somsb. p. 9. n. 27. c. 1. §. de veteri. qui
test. sunt necess. VVes. c. 8. n. 14. Schneid. p. 4. n. 15. Schrad. p. 6. c. 1. n. 24. re-
novationem antiquam conformem faciat Vult. d. c. 7. n. 104. &
seqq. ibidemq. Dd.

LVIII.

Ubi coronidis loco non minus elegans quàm difficilis
mòvetur quæstio, Si Vasallus crediderit Dominum esse mor-
tuum, qui tamen in rei veritate mortuus non erat, & investi-
turam intra annum & diem non petierit, an feudo privari
possit? Neg. arg. l. in eo. 110. §. ubi verba. 3. ff. d. R. 7. junct. c. 1. quo temp.
mil. 22. F. 1. l. inter omnes, 46. §. recte dictum. 7. §. seq. ff. d. furt. §. sed et si
credat. Inst. d. oblig. ex del. l. fin. ff. expil. hered. l. si fullo, 2. ff. d. cond.
fin. cau. c. 2. d. purg. vulg. Rosenth. c. 6. q. 48. n. 2. 3.

4. & not. C.

Hic terminus esto.

S. D. G.



Ad

Doctis. Dn. Resp. Contubernalem
suum exoptatis.

Sic decet, assiduo qua sunt quaesita labore,
Aspicere ut jubeas, mi GOTHOFREDE, diem.

Nil



*Nil iuculsa valet siquidem sapientia menti,
Talis, ubi usus inest, laudis honore venit.
Perge modò, benè quæsi cepisti, currere gressum
Sis tua frondebit gloria, vivet honos.*

*Animo gratulabundo
deproperabat*

Lucas Von Berge
Serveſtanus.



ALIUD.

Gotfridus Erhardi

καὶ ἀναγρ. omifs. Asp.

Jus fragor reddit.

S*cilicet haut faciles evanescitis in auras
JUS FRAGOR est vocis, nudave verba, sacrum.
Omnia dependent tutamine jure, remoto
Hoc, posset mundus vix superesse diem.
Concio pressa foret, Respublica momine staret,
Verteret & cunctos turpe catharma status.
Cuiq; suum REDDIT, vis aut injuria nulli
Flebilis hoc fieri ritè vigente potest.
Conatus Gotfride tuos hinc laudo, quòd ipsos
Ad Studium rapuit nobile juris, amor.
Perge, velut pergis, multisq; clientibus olim
Audieris opifer jure in utroq; FRAGOR.*

Joachimus Flemingus
Anhaldinus.

FINIS.

Wittenberg. Diss., 1613/23


V. 17


ULB Halle

3

002 673 304







DISPUTATIO FEUDALIS

De

INVESTITURA ET EIUS RENOVATIONE.

Quam DEO TER OPT. MAX. auxiliante

NOBILISSIMA ATQUE AMPLISSIMA Facultate juridicâ, in illustri ad Albim. Academiâ consentiente,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi atque Excellentissimi Viri,

Dn. GOTTFRIDI Reutter Bit-

terf. Sax. U. J. D. Facultatis Juridicæ ibidem Assessoris, Affinis & Fautoris sui omni observantiâ honorandi.

Publici exercitij gratiâ discutiendam proposit

GOTTFRIDUS ERHARDI

Cosvvigâ-Anhaldinus.

Ad diem 18. Junij. hor. à 7. mat. 1619.

In Acroaterio Jctorum.

Justin. Imp. in praf. N. 22.

Non erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniam. hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs expectare corrigi legem.

WITEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ Johann. Mattbei. Anno 1619.

1619 3/767
25